

supradicti custodes facere possunt et debent.¹⁾ ¶ Qui vero homines sic electi nullo modo renunciare possint, et si renunciaverint cadant ad penam sold. viginti par. incontinenti, et ipsi homines durent in dicto offitio per quatuor menses, et eisdem dictum offitium in aliquo preiudicare non debeat quin 5 alia offitia habere possint, si fuerint electi et confirmati. Et si per aliquam personam acusatam opponeretur contra supradictos custodes, qui eam acusaverint, quod non possideant bona fixa valentia ultra libr. ducentas par., tunc per extimatores comunis extimari debeant dicta bona, et si ipsa bona extima- 10 rentur esse minoris valoris ducentarum libr., tunc ipsorum acuse sint casse et vane, et electores ipsorum custodum, tam si essent offitiales quam non, cadant ad penam libr. viginti-quinque par. pro quolibet electore contrafatiente; et si dicta bona extimarentur valere ultra libr. ducentas par., tunc acuse 15 109 A talium custodum sint firme, et persona // que contra ipsos vel aliquem ipsorum opposuerit, cadat ad penam centum sold. par., et refitiat expensas factas dicta de causa. ¶ Item quod ipsi custodes silvarum qualibet septimana bis ad minus ire teneantur et debeant ad inquirendum et providendum de farnetis 20 silvis et venis comunis, et quos invenerint contrafatientes acusare per modum supradictum. ¶ Item ipsi custodes silvarum personas incidentes in eisdem farnetis silvis vel venis acusare non possint, nisi viderint facere sive incidere ligna in locis predictis vel aliquo ipsorum et principaliter dare dampnum, 25 et acuis ipsorum custodum aliter factis nulla fides adhibeatur. ¶ Item asociare dominum militem domini potestatis, quando iret extra civitatem pro exequendo aliquod iudicium sententiatum per potestatem Tergesti.

¹⁾ *debent-cadant* aggiunta marginale.